41-8-C-21

CONSTITVTIO-
NES ET DECLARATIO-
NES EXAMINIS GENE-
RALIS SOCIETATIS
IESV.

Cum facultate Superiorum.

Romæ, In Collegio eiuſdem Societatis.

M. D. LXXVII.

PRIMVM AC GENERALE EXAMEN IIS OMNIBVS, qui in Societatem IESV

A admitti petent, *proponendum.

DE INSTITVTO SOCIETATIS IESVS, & varietate perſonarum, quæ in ipſa ſunt. Cap. I.

1 HÆC minima Cõgregatio, quæ à ſede Apoſtolica prima ſui inſtitutione Societas IESV nominata eſt, primũ fuit approbata per felicis memoriæ Paulũ Papam III. anno 1540. & per eundem poſtmodum 1543. confirmata, ac rurſus per Iulium III illius ſucceſſorem anno 1550. Vt

DECLARATIONES in examẽ, in Cap. I.

A ¶ Hoc examen vt plurimum omnibus proponi ſolet, poſtquam in Domum primæ probationis ingrediuntur. Si tamẽ in aliquo particulari dictaret ratio aliud examen breuius eſſe proponendũ, aut hoc ipſum relinquẽdũ vt legatur, nullo poſtulato reſpõſo ad ea, quæ continet, uel ſi ſatis alioqui notus eſt, qui ingreditur: non neceſſe erit iuxta hoc examẽ procedere. Id tamen ille, cui examinandi munus committitur, cum Superiore conferat, & eius iudicium ſequatur. Ante autem, quàm domi recipiantur, fere ſemper de quibuſdam rebus maioris momenti, præſertim de ijs, quæ ſolent excludere, examinari eos oportebit.

Vt interim omittantur diuerſę litteræ Apoſtolicę, in quibus de ea ſermo habetur, & ei variæ facultates (ſuppoſita magna approbatione, & cõfirmatione) conceduntur.

Finis huius Societatis eſt, non ſolum ſaluti & perfectioni propriarum animarum cum diuina gratia vacare; ſed cum eadem impenſe in ſalutem, & perfectionem proximorum incumbere. 2

Ad hunc finem melius conſequendum tria vota in ea, Obedientiæ, Paupertatis, & Caſtitatis emittuntur: ſic paupertatem accipiendo, vt nec velit, nec poſſit redditus vllos ad ſuam ſuſtentationem, nec ad quiduis aliud habere. Quod nõ tantum in particulari de vnoquoque, ſed etiam de Eccleſijs & Domibus Societatis profeſſæ eſt intelligendũ. Nec etiã (quamuis alijs ſit licitũ) ꝑ miſſarũ ſacrificiis, vel prędicationibus, vel lectionibus, vel vllius ſacramenti adminiſtratione, vel quouis alio pio officio ex ijs, quæ iuxta ſuũ inſtitutum Societas poteſt exercere, ſtipendium vllum, vel eleemoſynam, quæ ad compenſationem huiuſmodi miniſteriorũ dari ſolet, ab alio, quàm à Deo (ob cuius obſequiũ omnia purè facere debent) poſſunt admittere. 3

B ¶ *Huiuſmodi Domus probationis, velut membra ſunt Collegiorum, vbi admitti, et probari ad tempus ſolent, qui poſtmodũ in Collegijs ſunt cõſtituendi.*

Et quãuis habeat Societas Collegia, & * Domos probationis B 4

redditibus

redditibus dotatas ad Scholaſticorum ſuſtentationem, antequam in Societatem profeſſam, vel eius Domos recipiantur: non poſſunt tamen huiuſmodi redditus in vſum alium iuxta litteras Apoſtolicas in Conſtitutionibus declaratas expendi; nec Domus Profeſſorum, nec aliquis eorũ, aut etiam Coadiutorum eiſdem vti poterit.

5 Profeſſa itidem Societas pręter tria vota dicta, votum facit expreſſum Summo Pontifici vt Vicario qui nunc eſt, vel pro tempore fuerit, Chriſti Domini noſtri, nimirum ad proficiſcendum ſine excuſatione, non petito viatico, quocunque gentium eius Sanctitas iuſſerit, inter fideles vel infideles ad res, quę ad diuinum cultum, & Religionis Chriſtianæ bonum ſpectant.

6 Ceterum ratio viuendi in exterioribus iuſtas ob cauſſas, maius Dei obſequiũ ſemper intuendo, communis eſt, nec vllas ordinarias pœnitentias, vel corporis afflictiones ex obligatione ſubeundas habet; ſed illas aſſumere quiuis

C poterit, quæ ſibi videbuntur (cũ* approbatione Superioris) ad maiorem ſui ſpiritus profectum cõuenire, & quas propter eundem finem Superiores eis poterũt imponere.]

C¶ *Hoc Superiori iudicandũ relinquetur. Ille autẽ vices ſuas Confeſſario, vel alijs, quando expedire cenſuerit, poterit delegare.*

7 Perſonarũ autẽ, quę admittũtur in hãc Societatẽ gñaliter ſumptã,

D ¶ *Præter hæc quatuor genera perſonarum, nonnulli ad ſolemnem profeßionem trium uotorum tantum iuxta litteras Apoſtolicas Iulij Tertij admittuntur.*

*quatuor ſunt claſſes, ſi finem, D
quem ipſa ſpectat, intueamur: tametſi omnes, qui ingrediuntur, quod ad ipſos attinet, quartæ claſſis eſſe debent.

In primis aliqui admittuntur, 8
vt profeſſionē in Societate quatuor ſolemnibus votis (vt dictū eſt) emiſſis faciant, peractis prius experimentis & probationibus debitis: & hos ſufficiēter in litteris eruditos (vt in Cōſtitutionibus poſtmodum dicetur) & in vita, ac moribus diu (quemadmodum hęc vocatio exigit) probatos, & omnes ante profeſſionem ſacerdotes eſſe oportet.

Secundæ claſſis ſunt, qui in Coadiutores ad di- 9
uinum ſeruitium, & Societatis auxilium in rebus ſpiritualibus, vel temporalibus admittuntur: & ij quidem poſt experimenta & probationes vota ſimplicia, Obedientiæ, Paupertatis, & Caſtitatis (omiſſo quarto ad Summum Pontificem pertinente, & alio quouis ſolemni) debent emittere: qui ſua ſorte contenti eſſe debent, intelligentes eos in conſpectu Creatoris & Domini noſtri magis mereri, qui maiori charitate ſe impendunt auxilio & obſequio omnium, ex amore diuinæ maieſtatis, ſiue in rebus altioribus, ſiue in alijs inferioribus & humilioribus.

10 Tertiæ

10 Tertię claſſis ſunt, qui in Scholaſticos admittũtur, ſi ingenio, & reliquis dotibus ad ſtudia conuenientibus præditi inueniantur; vt poſtquam docti euaſerint, in Societatem ingredi, & profeſſi, vel Coadiutores (prout iudicabitur expedire) eſſe valeant. Hi autem, vt Scholaſtici Societatis approbati cenſeantur, poſt experimẽta, & probationes, eadem tria vota ſimplicia, Paupertatis, Caſtitatis, & Obedientiæ cum promiſſione ingrediendi Societatem in altero prius dictorum modorum (vt in Conſtitutionibus videbitur) ad maiorem Dei gloriam emittent.

11 Quartæ claſſis ſunt, qui indeterminate ad id admittuntur, ad quod idonei eſſe, temporis ſucceſſu inuenientur; nondum ſtatuente Societate ad quem ex dictis gradibus eorum talentũ magis ſit accõmodatũ. Illi autem indifferentes ingredientur ad quẽuis ex dictis gradibus, qui Superiori videatur: & ex parte ſua oẽs (vt dictum eſt) eadem animi diſpoſitione ingredi opportet.

12 Ad hæc antequàm quiſquam admittatur ad profeſſionem, vel ſimplicia vota Coadiutorum, vel Scholaſticorum ſuperius dicta ſecun-

E ¶ *Quãuis biennij tempus præfigatur; tamen nec libertas, nec deuotio, nec vtilitas illa ſpiritualis, vel meritum, quod conſequi ſolent, qui Chriſto Domino noſtro ſe obſtringunt, illis adimitur, qui ante id tempus vota ſua offerre volent; licet conueniat ſine Superioris facultate ea non emitti; nec tamen, quòd ea*

cundum inſtitutum noſtrũ emit
tere teneantur,* biennium inte- E
grum' ad probationem habebit,
& vt admittantur Scholaſtici ad
quemuis ex prioribus gradibus
Profeſſorũ, vel Coadiutorũ for-
matorũ, vnum adhuc annũ poſt
abſoluta ſua ſtudia expectabũt;
quod tempus, cum Superiori vi-
ſum fuerit, poterit prorogari.

Hoc medio tempore duorum 1
annorum (in quo* habitus vllus F
certus' Societatis non ſumitur)
ante pręfinitum tempus, in quo
votis eos ligari in Societate opor
tet, videre vnuſquiſque & conſi
derare debet diplomata Apoſto
lica Inſtituti Societatis, & * Con- G
ſtitutiones', ac Regulas, quas in
ea eſt obſeruaturus, idque non
ſemel. Primum enim id fiet, dum
in Domo primæ probationis e-
runt; in quam, qui Societatem
ingredi volunt, hoſpitum more
ad duodecim, vel quindecim di-
es

emiſerint, propte re[illegible] ante ordinariũ ti[illegible]us admittentur [illegible] profeſſionem, vel in Coadiutores formatos, vel in Scholaſticos ap-- probatos.

F ¶ *Quamuis habitus nullus certus ſit, diſcretioni tamen eius, qui cu ram habet domus, relinquitur, an cũ eiſdẽ ueſtibus, quas ex ſeculo tulerunt, incedere ſint permittendi, an cum alijs eas permutari oporteat: aut, cum deterentur, an alia tribuãtur, quæ magis conueniant, vel ipſis, vt, quà parte opus habẽt, iuuẽtur, vel domui, ut eorũ opera uti poſſit.*

G ¶ *Non oportebit Cõſtitutiones vniuerſas ab ijs, qui noui accedunt, legi, ſed cõpendium quoddam earum, vbi quiſque, quid*

quid ſibi obſeruandū ſit, intelligat: niſi fortè Superiori videretur, alicui, peculiares ob cauſas, omnes oſtendi oportere.

es, vt res ſuas melius conſiderēt, ſolent admitti, antequàm in Domum, vel Collegium Societatis ad *cohabitandum alijs, & inter H eos verſandum ingrediantur.

Secundo id fiet, ſex menſibus experimentorum & probationis elapſis. Tertio poſt alios ſex menſes, & ſic deinceps, donec profeſſionem, qui ſtudijs abſolutis Profeſſus, & tria vota qui Coadiutor, & tria itidem vota cum ſua promiſſione qui Scholaſticus approbatus eſt futurus, emittat; quod ideo fit, vt vtrinque maiori cum claritate, & cognitione in Domino noſtro procedatur, & vt quāto fuerit magis probata ſingulorum conſtantia, tanto ſtabiliores ac firmiores ſint in diuino ſeruitio, & vocatione prima ad gloriam, & honorem diuinę Maieſtatis.

H ¶ *Dicitur, ad cohabitandum alijs, & inter eos uerſandum, quia in ingreſſu duodecim, uel quindecim dies vel vſq, ad viginti, ſeorsū in Domo primæ probatiōis teneri ſolent, vt in prima parte Cōſtitutionum videbitur.*

DE

In Cap.

In Cap. II.

DE QVIBVSDAM * caſibus', quos interrogari oportet, an acciderint ijs, qui in Societatem ingredi petunt. A

Cap. II.

EX ijs caſibus, de quibus honeſtas ob cauſſas omnes interrogari oportet, Primus eſt, receſſiſſe à gremio ſanctę Eccleſię, fidem abnegando, vel in errores cõtra ipſam ſic incurrendo, ut damnatus ob aliquam propoſitionem hæreticam quis fuerit; vel vt* ſuſpectus hæreſis' per ſententiam publicam declaratus; vel ſi infamis ob excommunicationem tã quam ſchiſmaticus, ſpreta auctoritate & prouidentia Sanctæ matris Eccleſiæ, extiterit. 1 B

Secundus eſt, homicidium aliquo tempore perpetraſſe, vel publice 2

A ¶ *Quamuis ea, quæ ſequuntur, impedimẽta ſint, quæ à Societate excludunt; tamen non vt impedimenta proponi debent, donec veritas eliciatur. Qui enim duceretur deſiderio ingrediendi Societatem, accipere occaſionem poſſet veritatem celandi, ſi hæc impedimenta eſſe intelligeret, & cæt. Et nihilominus admoneri Confeſſarium oportet, vt, ſi quis vere non reſpondiſſet, eius conſcientiam de ea re exſtimulet.*

B ¶ *Qui ſuſpectus eſſet de opinione aliqua erronea, in re ad catholicam fidem pertinente, conſtat, quandiu ſuſpicio manet eum non eſſe admittendum.*

C publice*infamem',propter enor mia peccata fuiſſe.

3 Tertius eſt habitũ ſumpſiſſe ali cuius religionis fratrũ,vel clerico rũ,vitã aliquandiu in obedientia cũ eis agendo,ſiue emiſſa,ſiue nõ emiſſa profeſſione, vel Eremitã cũ veſtibus monachalibus fuiſſe.

4 Quartus eſt, vinculo matrimonij conſummati, vel ſeruitutis legitimæ ligatum eſſe.

5 Quintus eſt, infirmitatem pati, vnde obſcurari, vel parum ſanũ iudicium ei reddi ſoleat, vel diſpoſitionem notabilẽ ad huiuſmodi infirmitatem habere.

C ¶ *Hæc infamia eo in loco excludit, vbi ea extat. Qui tamen in remotiſſimis locis in eam incidiſſet, cum omnino ad diuinum ſeruitium ſe recepiſſet, huiuſmodi infamia eum à Societate non excluderet: quamuis eandem in huiuſmodi hominis probatione magis circumſpectam reddere debeat.*

6 Prædicti caſus impedimenta ſunt,cum quorum aliquo, nemo in Societatem admitti poteſt: cum nobis in domino videatur (pręter alias cauſſas) quòd qui in eã ſunt ingreſſuri ad bene & fideliter euangelizandum, & in agro Domini verbum diuinum ſeminandũ, eo aptiora ad id inſtrumenta erunt, quo minus primi, & ſecundi defectus notam habuerint, propter cõſuetam multis & cõmunem infirmitatẽ. Cum tertio etiam non admittũtur,quòd nobis in dño videatur,eum,qui bonus Chriſtianus ſit, debere firmum eſſe in ſua prima vocatione, pręſertim

ſertim cũ illa tã ſit ſancta,in qua ſcilicet quis,vni
uerſo ſeculo relicto,ſe totũ dedicat maiori ſerui-
tio & glorię ſui Creatoris & Dñi.Poſtremo ſic no
bis perſuademus (prӕterquã ꝙ maior ſit futura
ędificatio proximorũ) eo melius
in Dño,ipſius gratia aſpirante,cõ
ſeruari poſſe oẽs Profeſſos, Coa-
diutores, atq; Scholaſticos, quo
magis liberi fuerint ab huiuſmo
di impedimentis, ac veluti vnius
coloris & ſimilitudinis omnes.
Nullus etiam admittitur cũ duo-
bus vltimis impedimentis. Nam
quartum eſset cum detrimento
proximorum,ſi vxoris, vel domi-
ni conſenſus non obtineretur,
aliæque circunſtantiæ, prout ra-
tio iuris exigit, obſeruarentur.
Quintum etiam in damnũ eſset
non mediocre ipſius Societatis.
Si aliquod ex his impedimentis 7
in quoquam detegeretur,non eſt
ꝙ vlterius in interrogationibus
procedatur; ſed qui Examinato-
ris officio fungitur,quoadeius fie
ri poterit,eundem conſolãdo*di- D
mittat; ſi nullum eſset tale,vlteri
us examinetur * ſequenti modo. E

D ¶ *Ceterum ſi in eo dona aliqua Dei, illuſtriora cernerentur; ille, qui examinandi munere fungitur, antequàm eum dimittat, rem cum Superiore cõferat.*

E ¶ *Ordo examinis eſt, in primis proſequi id, de quo omnes interrogantur; ſecundo, de quo ſpeciatim litterati; tertio, de quo etiam ſpecialiter illi, qui in Coadiutores; quarto, de quo illi, qui in Scholares; quinto, de*

quo DE

...ro illi, qui vt indifferentes admittuntur. Et primo quidem attingitur, quod ad perſonas pertinet, deinde quod illis eſt obſeruandum.

DE QVIBVSDAM INterrogationibus ad eos, qui ingredi volunt, magis cognoſcendos.

Cap, III.

A D maiorem perſonarum notitiam aliqua ſunt interroganda, quibus * vere omnino, & ſyncere reſpondere oportet: & ſiquid erit, quod ſecretum requirat, id obſeruabitur, vt par erit, & interrogato placuerit. Incipiendo itaque à nomine, interrogetur primum, Quo nomine vocetur, Quot annos natus ſit, Quæ ſit eius patria.

An ſit ex legitimo matrimonio, nec ne: quod ſi ex illegitimo, quo pacto id ſit, interrogetur; Num à progenitoribus iam olim Chriſtianis, an à modernis deſcendat.

An aliquis ex eius progenitoribus notatus fuerit, vel declaratus ob aliquẽ errorẽ cõtra noſtrã Chri-

In Cap. III.

A ¶ Obligatio vera dicendi in examine ad peccatũ eſſe debet, & quidem eidem, cui, quod celatum eſt, aperiendum erat, vel qui eius locũ teneat, reſeruatũ; vt fraus euitetur, quæ locum habere poßet, ſiquis ſyncere ſuo Superiori animum ſuũ non declararet: vnde incõmoda, & quidem in totius Societatis nõ mediocre detrimẽtum poſſent oriri.

Chriſtianam Religionem, & quo modo id ſit.

An patrem habeat, & matrem, & quæ ſint eorũ nomina: Quę conditio; & officiũ, & modus viuēdi ſit illis: & an rerũ tēporaliũ*penuria premātur, B an illarum commoditate potiantur, & quo pacto id habeat.

3 Si quo tempore in difficultatē, vel dubium aliquod incideret circa æs alienum, vel quod teneatur ſubuenire parentibus, vel cōſanguineis in ſpirituali, vel corporali, vel quauis alia temporali neceſſitate conſtitutis, eos iuuiſendo, vel alia ratione, num proprio ſenſu ac iudicio depoſito, conſcientię, vel iudicio Societatis, vel ſui Superioris id velit relinquere, vt cum ſtatuerit ille qđ in Domino iuſtum eſſe ſenſerit, ei acquieſcat.

4 Quot fratres & ſorores habeat, & quis eorum ſit ſtatus, num matrimonij, an alius; Quod officium, aut viuendi modũ habeant.

C 5 Num aliquādo * verba ediderit, quę ad matrimonium illum obligare videātur, & quo pacto id ſit.

B ¶ Si præſens, et extrema neceſſitas auxilij eorum vrgeret; conſtat, huiuſmodi admitti non debere. Raro tamen huiuſmodi neceſſitas ſolet accidere.

C ¶ Si ſpopondiſſet per verba de præſenti matrimonium conſummando, vel modo aliquo pari: duceretur is quartum habere impedimentum, cum quo nemo in Societatem admitti poteſt; niſi adſint conditiones illæ quæ exigi ſolent, vt coniugatus religionem ingredi poſſit.

An

An habuerit, vel habeat filium aliquem.

6 Num habeat æs alienum, aut ciuiles obligationes: quod ſi habeat, quantę & quales eæ ſint.

7 Num didicerit artem aliquam mechanicam. Nũ legere, & ſcribere ſciat, & ſi ſcit, ꝓbetur quo modo vtrumque faciat, ſi aliunde non ſciretur.

8 Nũ habuerit, vel habeat morbũ aliquẽ occultum, vel manifeſtũ, & qualẽ; eũ ſpeciatim interrogãdo, nũ vexationẽ aliquã ſtomachi, vel capitis vel quoduis aliud impedimentum naturale, ſeu defectũ in aliqua ſui parte patiatur, & hoc nõ ſolũ interrogetur, ſed, quoad fieri poteſt, inſpiciatr.

9 Num aliquos ordines Eccleſiaſticos ſuſceperit. Num aliquam obligationem voti habeat, quale eſt peregrinationis, vel aliud quodcunque.

10 Quem modũ, vel animi propenſionem habuerit in tenera ætate, & poſtea hucuſque ad res ſuę conſcientię ſalutiferas, primum circa orationẽ, quoties orare ſolebat interdiu & noctu, quibus horis, qua corporis compoſitione, quibus orationib⁹, & cũ qua deuotione vel ſenſu ſpirituali.

Quomodo ſe habuerit circa audiendas miſſas, & alia diuina officia, & conciones: Quo modo circa lectionem rerum piarum, & bonorũ virorũ familiaritatem: Quo modo circa meditationem, vel conſiderationem rerum ſpiritualium.

11 Interrogetur, an habuerit, vel habeat cõceptus aliquos vel opiniones ab jis differentes, quæ cõ- munius

munius ab Eccleſia, & Doctoribus ab eadem approbatis tenẽtur: & ſi quando huiuſmodi opiniones animum ſubierint, nũ paratus ſit ad iudicium ſuũ ſubmittendũ, ſentiendumq́;, vt fuerit conſtitutum in Societate de huiuſmodi rebus ſentire oportere.

Interrogetur, an quibusuis in 1
ſcrupulis, vel difficultatibus ſpiritualibus, vel alijs quibuſcũq;, quas patiatur, vel aliquãdo pati contigerit, ſe diiudicandũ relinquet, & aquieſcet * aliorum de D

So

D ¶ *Perſonarum huiuſmodi electio, quibus ſe iudicandum relinquere debet is, qui in huiuſmodi difficultatibus verſatur, penes Superiorem erit, ſi ſubdito ea placuerit, vel penes ſubditum, ſi Superior eam approbauerit; cui, ſi in caſu aliquo, & propter cauſſam aliquam iuſtam videretur ad Dei obſequium fore, maiusq; auxilium illius, qui huiuſmodi difficultatibus laborat, vt aliquis, vel etiam plures eorũ, qui iudicaturi ſunt de eis, extra Societatem aſſumantur, permitti poterit; electione tamen, vel ſaltem approbatione eorum penes Superiorem (vt dictum eſt) manente.*

Si difficultates huiuſmodi ad perſonam ipſius Superioris pertinerent; electio, vel approbatio, de qua diximus, penes Conſultores erit. Qui tamen Præpoſito Generali vel Prouinciali inferior eſſet, ſine alicuius eorum facultate, licet Rector ſit Collegij, vel alicuius Domus Præpoſitus, nec conſtituere poterit, nec permittere, vt huiuſmodi difficultates ad ſuam perſonam pertinentes arbitrio aliorum extra Societatem ſubijciantur.

Societate, qui doctrina, & probitate ſint præditi, ſententijs.

13 An omnino decreuerit ſeculum relinquere, & conſilia Domini noſtri IESV CHRISTI ſequi. Quam dudũ decreuerit, in genere ſcilicet, mũdo renũciare. Poſtquàm id apud ſe ſtatuit, an in ea animi ſẽtẽtia remiſſior factus fuerit, & quatenus. A quo tempore deſideria hæc renunciandi ſeculo, & conſilia Christi Dñi noſtri ſequendi ſuboriri ei cœperint, vel quibus ſignis, aut cauſis ad id mouentibus ei in mentem venerint.

14 Num deliberatũ habeat animi propoſitũ viuẽdi & moriendi in Dño cũ hac, & in hac Societate IESV Creatoris & Dñi noſtri; & à quo tempore, vbi, & per quem primum ad id motus fuerit. Si negaret ſe à quoquam de Societate motum fuiſſe, progrediendum erit vlterius: ſi affirmaret ſe fuiſſe motum (quamuis licitè, & cum merito moueri potuiſſet) ad maiorem tamen ipſius vtilitatẽ ſpiritualem fore videtur, ſi tempus ei aliquod præſcribatur, vt ea de re cogitãdo Creatori & Domino ſuo ſe totum commendet; perinde ac ſi nullus de Societate ipſum mouiſſet, vt maiori cum robore ſpiritus procedere ad maius obſequium & gloriã diuinæ Maieſtatis poſſit.

15 Si poſt huiuſmodi cõſiderationem ſenſerit ac iudicauerit ſibi valde conuenire Societatis ingreſſum ad maiorem laudem & gloriam Dei, &

vt melius ſaluti, & perfectioni tùm animæ ſuæ, tùm proximorum ſuorum incumbat;& poſtula uerit in eandem nobiſcum in domino admitti, tunc vlterius in examine procedi poterit.

DE REBVS QVIBVSDAM quas præcipue ſcire eos conuenit, qui in Societatem admittuntur, ex ijs, quas in ipſa obſeruare debent. Cap. IIII.

PRoponatvr illis, quòd hæc mens fuerit eorum, qui primi in hanc Societatem conuenerunt, vt in ea ij admitterentur, qui ſeculo renunciaſſent, & Dei ſeruitio ſe omnino mācipare ſiue in hac, ſiue in alia Religione ſtatuiſſent. Quocirca quicunq; Societatē ingredi uolēt, antequàm in domo aliqua, vel collegio eius viuere ſub obedientia incipiant, debēt omnia bona tēporalia, quę habuerint, diſtribuere, & renunciare ac diſponere de ijs, quę ipſis obuenire poſſent: Eaq; diſtributio primùm in res debitas, & obligatorias, ſiquæ fuerint (& tūc, quàm citiſſime fieri poteſt, prouidere oportebit) Si verò tales nullę fuerint, in pia & ſancta opera fiet, iuxta illud; Diſperſit, dedit pauperibus; Et illud Chriſti; Si vis perfectus eſſe, vade, & vēde oīa, quæ habes, & da pauribus, & ſequere me: Diſpēſando tamē hęc bona iuxta propriā deuotionem, & à ſe omnē fiduciā 1

ſub

ſubmouendo eadem vllo tempore recuperādi.
2 Quòd ſi ſtatim propter aliquas honeſtas cauſas bona nō relinquet, promittat ſe proptè relictu-rū omnia (vt dictū eſt) poſt vnū ab ingreſſu ab-ſolutum annū, quandocunq; p Superiorē iniun ctū ei fuerit in reliquo tēporis probationis, quo cōpleto, ante profeſſionem profeſſi, & ante tria vota publica Coadiutores re ipſa relinquere, ac pauperibus(vt dictū eſt)diſpenſare debent,vt cō ſiliū Euāgelicū,quod nō dicit;Da cōſanguineis, ſed pauperibus,perfectius ſequātur; & vt melius exēplū omnibus exhibeāt inordinatū erga parē tes affectum exuendi,& incommoda inordinatę diſtributionis,quæ à dicto amore procedit,decli nandi;atq; vt ad parētes, & cōſanguineos recur rēdi, & ad inutilē ipſorū memoriā aditu præclu ſo, firmius & ſtabili⁹ in ſua vocatiōe perſeuerēt.
3 Si tñ dubitaretur, num maioris foret perfectio-nis dare vel renūciare conſanguineis huiuſmo-di bona,quam alijs,propter parem,vel maiorem ipſorum penuriā,&iuſtas alias ob cauſas;nihilo-minus ad declinandum errandi in huiuſmodi iudicio periculū, quod ab affectu ſanguinis ſolet proficiſci, contenti eſſe debebūt A negotium hoc arbitrio * vnius, duorū, aut trium, qui vita & do-ctrina cōmendentur,quos vnuſ-quiſque

In Cap. IIII.

A ¶ *Intelligen-dum eſt, in-tra Societatem: niſi Superiori in-*

ſtas ob cauſas viderentur horum aliqui extra Societatem aſſumi debere.

quiſque cum Superioris approbatione elegerit, relinquere, & in eo cõquieſcere, quod illi perfectius & ád maiorem Chriſti Dñi noſtri gloriam eſſe cenſebunt.

Interrogetur itaque, num placeat ei ſtatim (ſicuti dictũ eſt) bona ſua diſtribuere; vel certe, num paratus ſit ad huiuſmodi diſtributionem, quandocunque exacto primo anno per Superiorem ei fuerit iniunctum.

Admoneãtur, quòd poſt ingreſsũ in Domũ nemo pecuniã apud ſe, nec apud amicũ aliquem externũ in eodem loco habitãtem habere põt; quinpotius eã in pia opera diſpenſet, vel aſſeruãdam ei tradat, cui cura hm̃odi domi commiſſa eſt; qui quidem, quicquid vnuſquiſq; feret, ſcribendũ curabit; vt id ſciri poſſit, * ſiquando ſcitu opus fuerit. 4 B

B ¶ Si accideret, hunc à Societate dimitti, & Societati quid dediſſet; ei reſtitui debet, iuxta declarationem tertij capitis ſecundæ Partis.

Interrogentur itaque, num aliquam habeant pecuniam, & an eam diſpenſare (vt dictũ eſt) ſint contenti.

Admoneantur itidem, ſi eccleſiaſtici ſint, quòd poſtquàm in Societatis corpus vt profeſſi, vel Coadiutores cooptati fuerint, nulla eccleſiaſtica beneficia poſſunt retinere: & quòd tempore probationis poſt primum annum abſolutũ (vt 5

ſuperius

ſuperius diximus) quandocunque Superiori uiſum fuerit, ea relinquere debent iuxta ſuam deuotionẽ, vel ei, qui cõtulit, reſignãdo, vel ad pia opera applicando, vel alioqui dignis viris, quib⁹ hæc inſtrumenta ſint ad Dei obſequium, cõferri curãdo. Quòd ſi cõſanguineis cõferẽda eſſe viderentur, id nõ facient, niſi ab vno, duob⁹, aut trib⁹ (vt ſuperius dictũ eſt) iudicetur, quòd id magis conueniat, & ad maius Dei obſequiũ ſit futurũ.

6 Cùm autem cõmunicatio, quę cũ amicis, & ſanguine iũctis verbo, aut ſcripto fit, potius ad quietis perturbationẽ, quàm ad eorum, qui ſpiritui vacant, profectum, pręſertim in initijs, facere ſoleat; Interrogentur, nũ contenti ſint cũ huiuſmodi nõ cõmunicare, nec litteras accipere, nec ſcribere; niſi aliqua occaſione Superiori aliter videretur: Et quãdiu Domi fuerint, nũ cõtẽti ſint, vt videãtur litterę oẽs & quę ipſis ſcribẽtur, & quas ipſi alijs ſcribẽt: ei, cui huiuſmodi munus cõmiſſũ eſt, cura relicta, vt eas det, vel nõ det, quemadmodũ in Dño noſtro magis expedire iudicabit.

7 Vnuſquiſq; eorum, qui Societatẽ ingrediũtur, conſiliũ illud Chriſti ſequendo; qui dimiſerit patrem, &c. exiſtimet ſibi patrem, matrẽ, fratres, & ſorores, & quicquid in mũdo habebat, relinquẽdum: immo ſibi dictum exiſtimet verbum illud, Qui non odit patrem, & matrem, inſuper & animam ſuam, non poteſt meus eſſe diſcipulus.

BIBLIOTECA ... P.C. ... HISTORIÆ ...

C ¶ *Vt loquendi modus ſentiēdi modum iuuet, ſanctū eſt conſiliū vt aſſueſcant non dicere, quòd parentes vel fratres habeāt, ſed quòd habebant: &c. præſeferendo ſe id nō habere, quod, vt Chriſtū omnium rerum loco habeant, reliquerūt. Hoc tamen illis magis eſt obſeruādum, qui maiori in periculo verſari videntur, vt ab aliquo naturali amore perturbentur; cuiuſmodi vt plurimum Nouitij eſſe ſolent.*

Et ita curandū ei eſt, vt * omnē C
carnis affectū erga ſanguine iunctos exuat, ac illū in ſpiritualem cōuertat: eoſq. diligat eo ſolùm amore, quem ordinata charitas exigit, vt qui mundo ac proprio amori mortuus, Chriſto Dñō noſtro ſoli viuit, eūq; loco parentū, fratrum, & rerū omnium habet.

8 Ad maiorē in ſpiritu profectū, & præcipuè ad maiorem ſubmiſſionem & humilitatem propriā interrogetur, an contentus ſit futurus, vt omnes errores, & defectus ipſius, & res quæcūque, quæ notatæ in eo & obſeruatæ fuerint, Superioribus per quemuis, qui extra confeſſionem ea acceperit, manifeſtentur.

Num etiam boni ſit cōſulturus (quod & ipſe, & quiuis alius facere debet) ab alijs corrigi, & ad aliorum correctionē iuuare; Ac num manifeſtare ſeſe inuicem ſint parati debito cum amore & charitate ad maiorem ſpiritus profectum; præſertim vbi à Superiore, qui illorum curam gerit, fuerit ita præſcriptum, aut interrogatum, ad maiorem Dei gloriam.

9 Pręterea

9 Prçterea antequàm quiſquam in Domum, vel Collegium ingrediatur; vel poſtquàm ingreſſus fuerit; ſex experimẽta prçcipua, prçter alia multa, de quibus ex parte inferius dicetur, requirũtur. Poterunt ea tñ anteponi, & poſtponi, & moderari, & aliquo in caſu auctoritate Superioris, habita ratione perſonarũ, temporum, & locorũ, tũ ceterorũ, quæ occurrerint, in alia permutari.

10 Primum eſt, in ſpiritualibus exercitijs menſem vnum plus minus verſari, id eſt, tum in examinãda cõſcientia, & anteacta vita recogitanda, & cõfeſſione generali facienda, ac peccatorum ſuorũ meditatione: tum in contemplatione rerum ac myſteriorum Vitæ, Mortis, Reſurrectionis, & Aſcenſionis Chriſti Dñi noſtri; tum etiam in oratione vocali & mentali iuxta cuiuſque captum, prout in Domino edocti fuerint, ſe exercere.

11 Secũdum eſt, ſeruire in vno, vel pluribus Xenodochijs per menſem aliũ, ibidem cibum capiendo, & dormiendo: vel per aliquã vel plures horas quotidie pro temporum, locorum, & perſonarũ ratione auxiliũ & miniſterium oĩbus ægris, & ſanis prout iniunctũ eis fuerit, impendendo: vt magis ſe demittãt, & humiliẽt, ac eo veluti argumento demõſtrent ſe prorſus ab hoc ſeculo eiuſq; pompis ac vanitate recedere: vt oĩno ſuo Creatori & Dño ꝓ ipſorũ ſalute crucifixo ſeruiãt.

12 Tertium eſt, peregrinari menſem alium ſine pe-

 cunia:

cunia:immo ſuis temporibus oſtiatim pro Chriſti amore mēdicare; vt poſſint ad incōmoditatē comedendi, & dormiēdi aſsuefieri:atq; adeo vt omni ſpe illa abiecta, quam in pecunijs, & reb⁹ alijs creatis poſsēt conſtituere, integrè vera cū fide & ardēti amore eā in ſuo Creatore & Dño cōſtituant. Vel vtrunq; mēſem miniſterio Hoſpitaliū, vel alicuius eorum, aut etiam vtrunq; peregrinationi, prout Superiori viſū fuerit, impēdēt.

Quartum eſt, poſt ingreſsum in domum omni cum diligentia & ſolicitudine in varijs officijs abiectis & humilibus ſe exercere, bonum ſui exemplum in omnibus exhibendo. 13

Quintum eſt, doctrinam Chriſtianam, vel aliquam eius partem pueros, & alios rudiores homines publicè, vel priuatim, & prout occaſio ſe obtulerit, & in domino commodius viſum fuerit, & iuxta perſonarum proportionem docere. 14

Sextum eſt, poſtquàm in probationibus bonæ ædificationis ſpecimen præbuerint, vlterius ad prædicandum, vel confeſſiones audiendas, vel in vtroque ſe exercendum pro tempore, & loco, & omnium diſpoſitione progredi. 15

Antequam ingrediātur in ſecundū annū probationis, quæ fit in Domibus, vel Collegijs, per ſex menſes omnes vacare huiuſmodi ſex experimentis debēt, & totidē alios diuerſis alijs probationibus impendent. Poterunt tamen illa ſex experimen- 16

perimenta fieri vel in totũ, vel ex parte toto probationis tempore, vt aliquãdo hæc, aliquãdo illa præcedant, & à Scholaſticis quidem vel ſtudiorũ tempore, vel poſt ſtudia abſoluta, habita perſonarum, locorum, & temporum ratione; prout in Dño conuenire videbitur. Illud tamen omnino obſeruabitur; vt antequã Profeſſi futuri profeſſionem, & Coadiutores formati tria vota ſua publica, licet nõ ſolemnia, emittant, duo anni experimentorũ, & probationũ expleãtur: & Scholaſticis, ſtudijs abſolutis, prẹter tempus, quo probantur, vt Scholaſtici approbati cenſeantur, tertius alius annus, antequàm ad profeſſionẽ, vel in Coadiutores formatos admittãtur, in varijs ꝓbationibus, & ſpeciatim in dictis (ſi prius illis ꝑfuncti nõ ſunt) immo quamuis perfuncti fuerint, in nõnullis earum, ad maiorẽ Dei gloriã, exigetur.

17 Quãdiu huiuſmodi experimenta & probationes fiũt; nullus dicat ex Societate ſe eſse, ſed potius qui examinatus fuerit ad Profeſſionẽ, ex parte ipſius Societatis (quãuis ex parte ſua cũ indiffe rẽtia ad oẽs gradus ſit ingreſsus) cũ loquendi occaſio ſe obtulerit, dicere debet ſe in experimẽtis verſari, atq; optare ſe admitti in Societatẽ, quocũq; in gradu ipſa Societas ad gloriã Dei eo vti volet. Si vt Coadiutor examinat⁹ fuerit, dicet ſe in probationibus adhuc eſse, atq; optare in gradũ Coadiutorũ recipi. Simili modo de Scholaſticis,

& de

et de alijs q vt indifferētes examinati ſunt intelligāt: vt qſq; iuxta ſui examinis rationē reſpōdeat.

Circa huiuſmodi experimenta diligēter, quod 18
ſequitur, eſt obſeruādū, ſcilicet; Vt, vbi aliquis in primo experimēto, nēpe exercitiorū ſpiritualiū, verſabitur, is, qui illū exercet, ad Superiorē referat, quid de eodē sētiat ad finē Societati prefixū.

Cùm in ſecundo, ſeruiendi in Hoſpitalibus, 19
afferat qui probatur, Gubernatoris teſtimoniū, vel Præfecti eorum, qui inſeruiunt Hoſpitali, de boni nominis odore, quem in eo reliquerit.

Cùm in tertio, peregrinationis, ab vltimo lo- 20
co, ad quem peruenit, vel non procul ab eo teſtimonium ab aliquibus, vel vno certè fide digno ſecū ferat, quòd ſuam deuotionē ſequutus ſine vlla cuiuſquam querela eò peruenit.

Çùm in quarto, exercendi ſe in officijs dome- 21
ſticis humilitatis, pro teſtimonio erit data omnibus, qui Domi ſunt, ædificatio.

Vbi vero in quinto, de doctrina Chriſtiana, & 22
ſexto, de prædicatione, & cōfeſſionib⁹ audiēdis, vel de vtroq; munere obeūdo verſabitur; eius teſtimoniū erit (ſi quidē Domi noſtrę habitauerit) à domeſticis accipiendū, & ex ędificatione, quā populus, vbi Domus eſt, acceperit. Si prędicare, & cōfeſſiōes audire acciderit alijs in locis extra huiuſmodi populū, ac Domū; teſtimoniū afferre debet ab huiuſmodi locis, vbi diuti⁹ verſat⁹ fuerit;

rit; vel à perſonis publicis(præcipuã habẽdo rationem Prælatorũ ordinariorũ) quæ fidẽ planè faciant,quòd cũ doctrina ſana, ac bonæ vitę exemplo, ſine cuiuſquam offenſione,verbum diuinum ſeminauit, & officio Cõfeſſarij functus eſt.

23 Pręter hæc teſtimonia,poterit Societas, quãdo id expedire videretur,curare, vt aliunde certior fiat; vt ipſa ſibi magis,ad Dei & Domini noſtri gloriam ſatisfaciat.

24 Si huiuſmodi teſtimonia in prædictis experimẽtis nõ afferrẽtur, diligẽter cauſa inquirẽda erit curãdũq; ,vt rei totius veritas intelligat:quò melius oĩa quæ cõuenient,prouideri poſſint;vt melius bonitati diuinę,ipſius gratia aſpirãte,inſeruiat.

25 Præterea poſtquàm domi fuerit,egredi eam ſine facultate nõ debet:& ſi laycus fuerit, cõfiteat oportet, & ſanctiſſimũ Sacramentũ Euchariſtię ſumat octauo quoq; die;niſi Cõfeſſario aliquod eſſe impedimẽtũ ad cõmunionẽ videretur. Si ſacerdos eſt cõfitebitur vt minimùm octauo quoque die,& crebrius miſſę ſacrificiũ offeret:ſimul ordinationes,vel Cõſtitutiones alias Domus(vt in eius Regulis edoctus erit)obſeruabit.Oẽs,qui domi ſunt, in addiſcẽda doctrina Chriſtiana ſe exercebũt,& etiã in prędicatione illi,quibus Superior Domus id faciẽdũ iudicabit;inter quos nullus erit eorũ,q in Coadiutores tẽporales admiſſi ſint

26 Sui victus, potus, veſtitus, & lecti rationem, ſi

So-

Societatem ſequi velit, cogitet fore vt pauperibus accõmodatam, quòdq; quę viliſſima erũt ex iis, quæ domi ſunt, ei tribuẽtur, ꝑpter ipſius maiorem abnegationem, & ſpirituale profectũ; & vt ad quãdã æqualitatem & veluti menſurã ab omnibus perueniatur. Cùm.n. qui primi in Societatem cõuenerũt, per huiuſmodi indigentiã, ac penuriã maiorem rerum corpori neceſſariarum ꝓbati fuerint, qui poſt eos accedẽt, curare debẽt, vt quoad poterunt, eò pertingãt, quò illi puenerunt; vel vlterius etiã in Domino progrediãtur.

Ad hæc, pręter reliquas peregrinationes, & probationes ſic declaratas, antequã Profeſſi ſuã profeſſionẽ, & Coadiutores ſua vota emittant, & (ſi Superiori videbit) Scholaſtici, antequã approbati cenſeantur, & vota ſua, ac promiſsionẽ ſuperi⁹ dictam faciant, per triduũ ſuis cõſtitutis temporibus, veſtigia ſequendo primorũ, de quib⁹ mẽtionem fecimus, oſtiatim pro Chriſti Dñi noſtri amore mẽdicare debent, vt contra quàm eſt cõmunis hominum ſenſus, ad diuinũ obſequiũ & laudem magis ſe poſſint ſubmittere, magisq́; in ſpiritu proficere ad gloriã diuinæ maieſtatis: vt etiam magis ſint diſpoſiti ad id ipſum faciendũ, quando illis iniunctum fuerit, vel conueniẽs, aut neceſſariũ erit, dum p varias mundi partes iuxta quod eis pręſcriptum, vel cõſtitutum p Summũ Chriſti Vicarium, vel eius loco p ſuperiorem Societatis 27

cietatis fuerit, diſcurrent: quãdoquidẽ exigit noſtræ profeſſionis ratio, vt parati & in procinctu ſimus ad ea omnia, quę quouis tẽpore in Domino nobis iniuncta fuerint, nec petendo, nec expectando prę̨mium vllum in præſenti hac & labili vita, ſed eam, quæ vndecunque æterna eſt, ex sũma Dei miſericordia ſemper ſperando.

18 Et ad particularia quædã deſcendendo, in probationib⁹ humilitatis, & abnegationis ſui, & in exercendis officijs abiectis & humilib⁹ (cuiuſmodi ſunt, in culina ſeruire, domum euerrere, & reliqua omnia ſeruitia obire) promptius ea ſuſcipi conuenit, à quibus ſenſus magis abhorrebit: ſi quidem iniunctum fuerit, vt in eis ſe exerceant.

19 Cùm aliquis ad miniſteria culinæ obeunda ingredietur, vel ad eum iuuãdum, qui Coquus eſt, eidem obedire cum magna humilitate in rebus omnibus ad ipſius officium pertinentibus debet. Si enim ei integram obedientiam nòn præſtet, nec ulli ex Superioribus, vt videtur, præſtaret; quandoquidem vera obedientia nõ conſiderat perſonã, cui fiat, ſed propter quem fiat: & ſi propter ſolum Creatorem & Dñm noſtrum fiat, eidẽ omnium Dño obeditur. Vnde nulla ratione cõſiderãdum eſt, an ſit Coquus, vel Superior Domus: an hic, vel ille ſit, qui iubet; quandoquidem nec illis, nec ꝑpter illos (ſanè intelligendo) vlla obedientia præſtatur, ſed ſoli Deo, & ꝑpter

ſolum

ſolum Deum Creatorem ac Dominum noſtrũ.

D ¶ *Vtrunque bonum eſt, rogare, et iubere: nihilominus in initijs magis proficiet aliquis ſi iubetur, quàm, ſi rogaretur.*

Ideo melius eſt, vt Coquus * nõ D
roget ſibi inſeruientem, vt hoc, 30
aut illud faciat, ſed cum modeſtia iubeat vel dicat, hoc fac, vel illud; Si enim rogat, potius vt homo hominẽ alloqui videbitur: & Coquum laycũ rogare Sacerdotem, ut ollas abſtergat, uel res huiuſmodi faciat, nec decens, nec iuſtũ uidereẽ; Sed ſi iubeat, uel dicat, fac hoc, uel illud, ſignificabit magis quòd ut Xp̃us homini loquitur, quãdoquidẽ ipſi⁹ loco iubet: atq; ita qui obedit, cõſiderare ac ꝑpẽdere uocẽ à Coquo, uel alio, qui ſit ei Superior, egreſsã debet, ut ſi à Xp̃o Dñ̃o nr̃o egredereẽ, ut oĩno placere diuinę maieſtati poſsit.

Hoc ipſum in alijs humilibus officijs intelligatur, 31
tur, qñ aliquis in eis miniſterium ſuum impendit: atque eodem modo accipiatur in* officialib⁹ ſubordinatis, E
qui accepta à Superiore auctoritate Domum gubernant.

E ¶ *Cuiuſmodi eſſe ſolent Miniſter & Subminiſter, vel alij, qui in Collegijs ſimilia munera gerunt.*

Ægritudinis tempore non ſo- 32
lùm obſeruare unuſquiſq; obedientiã magna cum puritate debet erga Superiores ſpirituales, ut ipſius animã regant: ſed cum eadẽ humilitate erga Medicos corporales, & infirmorum præfectos, ut corpus

eius

eius regāt; qn̄quidem illi plenā ipſius ſanitatem ſpiritualem, hi verò corporalem omnino curāt. Præterea qui ægrotat, humilitatem & patientiā ſuā pręſeferendo nō minorē ædificationem, dū morbo laborat, ijs, qui ipſum inuiſent, & cum eo uerſabuntur & agent, quàm dū ualebat corpore, ad maiorem Dei gloriam, præſtare curet.

33 Ad maiorē firmitatem omnium, quæ ſic narrata ſunt, & ad maiorem ſpiritualem profectum eius, qui examinatur; interrogetur, an omnino obedientem ſe exhibere in omnibus, quæ hic dicta & declarata ſunt, uelit, ſubeūdo & adimplēdo quaſuis pœnitētias; quæ propter defectus, & negligētiā ſuā, uel quiduis aliud fuerint iniūctę.

34 Re in Domino conſiderata, viſum nobis eſt in diuinæ Maieſtatis conſpectu mirum in modum conferre, vt Superioribus ſubditi omnino perſpecti ſint: quò melius regi & gubernari, & per eos in uiam Domini dirigi poſſint.

35 Pręterea quāto exactius Superiores res omnes internas, & externas ſuorum nouerint; tanto maiori cum diligentia, amore, & ſolicitudine iuuare eos, ipſorumque animas à varijs malis & periculis, quæ in progreſſu poſſent accidere, conſeruare poterunt. Cùm etiā ſemper parati eſſe iuxta noſtræ profeſſionis rationem, & procedendi modum ad diſcurrendum per has & illas mūdi partes debeamus; quandocunq; per ſummū Pōtificem,

tificem, vel Superiorem noſtrum immediatum fuerit nobis iniunctum: Vt melius ſecundū Dei voluntatem huiuſmodi miſſiones fiāt, his & nō illis mittendis, vel his ad hoc munus, illis verò ad alia, nō ſolùm refert valde, ſed ſummoperè, vt Superior plenam habeat notitiā propēſionū ac motionum animi,& ad quos defectus vel pec cata fuerint vel ſint magis propenſi & incitati, qui ſub eius cura sūt;vt, eius rei habita ratione, melius ipſos dirigere poſſit; nec ſupra menſurā viriū ſuarū in periculis vel laborib⁹ grauiorib⁹, quàm in Dño ferre ſuauiter poſſint, conſtituat; & etiam vt quę audit,ſub ſecreti ſigillo cuſtodiē, do,melius Superior poſſit ordinare,ac prouidere,quæ corpori vniuerſo Societatis conueniunt.

Ideo quicunq; hāc Societatem in Domino ſequi volet, & in eadem ad maiorem Dei gloriam manere, priusquàm ad primam probationē accedat, vel poſtquàm ingreſſus fuerit, antequàm generaliter examinetur,vel poſt examē, intra ali quot mēſes(ſi Superiori differēdū videretur)ſub ſigillo confeſſionis,vel ſecreti,vel quacūq; ratio ne ei placuerit,& ad maiorē ipſius conſolationē fuerit, debeat conſcientiā ſuā magna cū humilitate, puritate,& charitate manifeſtare, re nulla, qua dominū vniuerſorū offenderit, celata: & totius anteactæ vitæ rationē integrā, vel certè re rū maioris momenti Superiori, qui tū fuerit,Societatis; 36

cietatis; vel cui ex Præpoſitis,vel alijs ex inferiori bus ille iniungeret,prout magis conuenire vide retur, reddat;vt melius omnibus in Dño proſpi ciatur,ipſeq́; magis in ſpiritu cum gratia vberio ri ad maiorem diuinę bonitatis gloriã proficiat.

37 Sic igitur progredientes in gratiæ atq; ſpiritus incremento,plenoq́; cũ deſiderio ingrediẽdi, & pſeuerãdi,quãdiu vixerint,in hac Societate,tãtũ dẽ faciẽt aliquoties antequàm ad profeſſionẽ q Profeſsi,& ad ſua vota qui Coadiutores formati ſunt futuri,admittantur;& id,quo ſequit̃,modo.

38 Poſtquàm primo aliquis eorum integram vitę rationẽ Superiori Domus reddidit, ab eodẽ die inchoando, prioribus, quæ eidem dixit,nõ repe titis, iterũ poſt ſemeſtre proximũ plus minus ei, vel cui à Superiore fuerit cõſtitutũ, vitæ ratio nẽ reddet.Deinde à ſecunda hac ratione incipiẽ do,eodẽ ordine procedetur;& ſexto quoq; mẽſe rationẽ hãc ſui quiſq; reddet. Vltima vero circi ter triginta dies antequã Profeſsi futuri ſuã pfeſ ſionẽ,& Coadiutores ſua vota emittãt,reddetur.

39 Scholaſtici eodẽ modo procedẽt, prȩterquàm quòd abſolutis ſuis ſtudijs cum primũ rationẽ vitæ ſuæ reddẽt,ab vltima,quã reddiderũt in Do mo,vnde ad ſtudia miſsi ſunt; vel ab initio vitȩ, ſi aliqua de cauſa nunquã reddiderunt,incipiẽt.

40 Sic etiam videtur, quòd Coadiutores formati, & Profeſsi, ſi alicubi agent, vbi Præpoſiti alicu

ius Societatis obedientiæ ſubiaceant, ſingulis annis, vel crebrius, ſi Præpoſito videbitur, ſuæ conſcientiæ rationẽ dicto modo ab vltima, quã reddiderunt, incipiendo, ei reddant.

Qui ſenſerit ad omnia, quę dicta ſunt, animũ, ac vires ſibi à Dño dari, ac ad maiorem Dei gloriam fore, ſuæq; animæ magis ſalutiferum iudicat in corpus huius Societatis admitti, prẹter litterarum Apoſtolicarum, & conſtitutionum, & reliquorum, quæ ad eius inſtitutum pertinent, ipſo initio, ac poſtea ſexto quoq; menſe, vt dictũ eſt, conſiderationem; debet generalem vitæ totius confeſsionem apud aliquem Sacerdotem à Superiore aſsignatũ propter multiplicẽ ſpiritus vtilitatẽ, quæ ea in re deprehendit, facere. Quod ſi aliquando generaliter confeſſus fuerit alicui de Societate, vel in exercitijs ſpiritualib⁹, vel extra illa: ſatis erit generalẽ cõfeſsionẽ ab alia etiã generali ad id vſq; tempus inchoari, & poſt eã ſacratiſsimum Chriſti Domini noſtri corpus ſumere; & ſic ſexto quoq; menſe eodem modo generaliter, ab vltima inchoando, cõfitebit. Demũ continuũ puritatis, ac virtutum augumẽtũ, & inflammata in Dño deſideria multũ in hac Societate diuinę Maieſtati ſeruiendi procurando; Exactis duobus annis probationis, & ſe perpetuo obedientẽ exhibẽdo, & in ſua cõuerſatiõe, & varijs experimentis ædificationẽ præbendo, ac pœ 41

nitentias

nitētias pro erratis, & negligentijs, & defectibus iniūctas magna cū humilitate ſubeūdo, ſi & ipſe, & Societas, vel Superior Domus cōtēti fuerīt, in Societatis corpus admitti poterit, coſideratis prius litteris Apoſtolicis, & Cōſtitutionib⁹, & cōfeſsiōe generali peracta, vt ſuperius eſt dictū; quā vt melius inſtituat, ſeſeq; in ſua prima delibera tione cōfirmet, per vnius hebdomadæ ſpatiū ſe colligēdo, & aliqua ſpiritualia exercitia ex iā factis, uel alijs, faciendo; poſtremò ſuā oblationē, ac uota, ſiue ſolēnia ſint in Profeſsis, ſiue ſimplicia in Coadiutorib⁹, & Scholaſticis, quemadmodū in Conſtitutionibus declarabitur, ad maiorē Dei gloriā vberiorēq; fructū animæ ſuæ, emittat.

42 Admoneātur, quòd, votis huiuſmodi emiſsis, iuxta tenorem litterarum Apoſtolicarum, non poſsint ipſi ad alias Religiones ſine facultate à Superiore Societatis conceſſa tranſire.

43 Quod ſi exacto probationis tempore, contentus quidem ipſe eſt, & exoptat ſic ad profeſsionem, vel in Coadiutorem, vel in Scholaſticum admitti; verùm dubitaret Societas de ipſius talēto, vel moribus; ſecurius erit in alium annum, uel tempus, quod uidebitur, id prorogari: donec utriq; parti plenè in domino ſit ſatisfactū.

44 Præterea diligenter animaduertāt oportet, qui examinātur (magnifaciendo, ſummiq; momēti id eſſe ducendo in cōſpectu Creatoris ac Dñi no

ſtri) quãtopere iuuet ac cõferat ad uitæ ſpiritua-
lis profectũ, omnino, & non ex parte abhorrere
ab omnibus, quæ mundus amat, & amplectitur;
& admittere, & concupiſcere totis uiribus quid-
quid Chriſtus Dominus noſter amauit, & ample
xus eſt. Quemadmodum.n. mundani homines,
qui ea, quæ mundi ſunt, ſequuntur, diligunt, &
quærunt magna cum diligentia, honores ſcili-
cet, famã, magni nominis exiſtimationẽ in terra,
ſicut mundus eos edocet: ſic qui procedũt in ſpi
ritu, & ſerio Chriſtum Dominum noſtrũ ſequũ-
tur, amant, & ardenter exoptant quæ ijs omnino
contraria ſunt, indui nimirum eadem ueſte, ac
inſignibus Domini ſui, pro ipſius amore ac reue
rentia; adeo, ut ſi ſine offenſione ulla diuinæ Ma
ieſtatis, & abſq; proximi peccato foret; uellent
contumelias, falſa teſtimonia, & iniurias pati, ac
ſtulti haberi & exiſtimari (nulla tamen ad id p
eos data occaſione) eo quòd exoptãt aſsimilari,
ac imitari aliquo modo Creatorẽ ac Dñm no-
ſtrũ IESVM CHRISTVM, eiuſq; veſtibus & inſi-
gnibus indui: quãdoquidem illas ipſe propter
maiorem profectum nrũm ſpiritualẽ induit, no
biſq; exẽplum dedit, ut in omnibus, quoad eius
fieri poterit, diuina gratia aſpirante, eũ imitari
& ſequi, cum uera ſit uia, quę ducit homines ad
uitã, uelimus. Igitur interrogentur, an huiuſmo
di deſideria tam ſalutaria, & ad perfectionem
ani-

animarum ſuarum tam fructuoſa in ſe ſentiant.

45 Quòd ſiquis propter humanam noſtram debilitatem ac miſeriam, in ſe huiuſmodi tam inflammata in Domino deſideria non ſentiret; interrogetur an certe deſiderium in ſe ſentiat, huiuſmodi deſideria ſentiendi. Si affirmando reſponderit, optare ſe nimirum huiuſmodi tam ſancta deſideria animo cōcipere, quo melius ad eorum effectum perueniatur; interrogetur, an decreuerit, paratuſque ſit huiuſmodi iniurias, illuſiones, & opprobria in Chriſti inſignibus incluſa, & ali quæuis, quę ei inferrentur ſiue per quemuis ex domo, uel Societate (in qua obedire, & humiliari, ac æternam beatitudinem conſequi exoptat) ſiue extra eam per quemuis uiuentium, nulli malum pro malo, ſed bonum pro malo reddendo, admittere, & patiēter cum Dei gratia ferre.

46 Vt melius ad hunc perfectionis gradum in ſpirituali uita tam precioſum perueniatur, eius maius ac impenſius ſtudium ſit, quærere in Domino maiorem ſui abnegationem, & continuam in rebus omnibus, quoad poterit, mortificationem. Noſtrum autem erit in eiſdem iuxta gratiam, quam Dominus nobis conferre ad ſuam maiorem laudem ac gloriam dignabitur, eum iuuare.

DE ALIO EXAMINE AD PARTIcularia aliquanto magis deſcendente, quod eruditis,& Coadiutoribus ſpiritualibus, & Scholaſticis conuenit. Cap. V.

QVo melius intelligi,atq; cognoſci queant, quę ad huiuſmodi homines ſpectant: vnuſquiſque eorũ interrogetur: Vbi ſtuduerit; Qua in facultate;Quibus auctoribus ac doctrinæ deditus; Quantum temporis ſtudijs impenderit; Quantũque ſuo iudicio profecerit; ac nominatim, Quàm ſit ei familiaris Latina lingua. 1

An ad gradus Artium liberalium,vel Theologiæ, vel Iuris Canonici, vel alterius cuiuſuis facultatis ſit promotus. 2

An exiſtimet ſe memoria ad bene capiendum, & retinendum quod didicerit,eſſe præditum. 3

An ſibi videatur pollere intellectu, qui citò,ac bene penetret ea, quibus ſtuduerit.

An in ſe propenſionem naturalem, aut voluntariam ad ſtudia ſentiat.

An exiſtimet ſtudia ſanitati ſui corporis aliquid detrimenti attuliſſe. 4

An vires ſibi corporales,& ſpirituales ſuppetere ſentiat ad labores, qui in Societate requiruntur,ferendos,ſiue in ſtudijs,quamdiu illis vacat, ſiue in vinea Domini,Cùm in ea laborandũ eſt.

Si Sacerdos fuerit,An ſe in audiendis confeſſionibus,vel in prædicatione,vel alijs miniſterijs ad 5

pro-

proximum iuuandum exercuerit.

6 Cùm ad huiuſmodi officiū ac miniſteriū diuini verbi ſeminādi, & ſpirituali proximorum auxilio attendendi litterarū bonarū ſufficiens eruditio requiratur, & Scholaſticos etiam aliquod ſui profectus in litteris, quibus ſtuduerunt, ſpecimen præbere oporteat, omnes examinentur. Quod fiet, ſi quiſque lectionem vnam in quauis facultate, cui operā dederit, prælegat: & poſtea exhortationem vnam quiſque(idque ante egreſſum à prima probatione) faciat; & poſteą in ſecundam ingrediendo, ſi ei fuerit iniunctum, vt inferius dicetur hoc ipſum faciet.

7 Prętereа intelligat(ſi Sacerdos eſt, vel quandocunque promotus ad ſacerdotium fuerit)quòd confeſsiones nec domi, nec foris audire, nec vlla Sacramenta miniſtrare ſine peculiari probatione, ædificatione, & facultate ſui Superioris per totum probationis tempus debet: Sed nec publice miſſam dicere debet, donec corā aliquo, vel pluribus domeſticis priuatim eam dicat, & admoneatur, vt in modo dicendi conueniat cū alijs de Societate, inter quos agit; & ſe ad ædificationem eorū, qui illam ſunt audituri, cōponat.

AD MAIOREM HVMILITATEM & perfectionem eruditorum, Coadiutorum, ſpiritualium, & Scholaſticorū.

SI de eo, qui in Societatē eſt ingreſſurus, dubi

tatur,an idoneus ſit futurus, vt ad profeſsionẽ, vel in Coadiutorem ſpiritualem,vel Scholaſticũ eius admittatur:cum id tanquàm certiſſimũ ſtatuatur,quòd multo melius & pfectius ſit, vt ipſe iudicari & regi ſe à Societate ſinat; quãdoquidẽ nõ minus, quàm ipſe,quod exigitur,vt in ea maneat,Societas intelliget;ipſi vero maiori humilitati, & perfectioni tribuetur; maiorẽq; dilectionem, ac fiduciã in his, à quibus eſt gubernãdus, oſtendet;Interrogetur,an velit propriũ ſenſum, ac iudiciũ Societati ſubmittere,vel eius Superiori,ita, vt acquieſcat eius ſentẽtię;ſiue inter eos illũ cõſtituat, q in Societate profeſſionẽ emittũt, & Chriſti Dñi noſtri Vicario obligantur; ſiue inter Coadiutores; ſiue inter Scholaſticos Societatis,in ſtudiis vlterius progrediẽdo. Interrogetur vlterius;ſi Superior uellet ſemper eundẽ ſolũ ut Coadiutorẽ in rebus exterioribus Societatis curãdis occupari,ac ſic in ſuæ animę ſalutem incũbere;An paratus ſit in humilibus & infimis officijs ſe exercere,uitamq; omnẽ in utilitatẽ &auxilium eius exigere; ſibi perſuadendo, quod dũ ei inſeruit,Creatori ac Domino ſuo (ꝑ cuius amore, & debita reuerentia omnia facit) inſeruit.

DE ALIO EXAMINE AD SOLOS Coadiutores accommodato. Cap. VI.

AD maiorem rei notitiã declaretur unicuiq; ex huiuſmodi Coadiutoribus latius,quod in 1

initio attingebatur;Quòd ſcilicet in hanc Socie
tatē Coadiutores ſpirituales,& tēporales admit
tūtur: Spirituales quidem,qui Sacerdotes ſunt,
& litteris ſufficiēter ornati,ut in rebus ſpirituali
bus Societatē iuuēt: Tēporales uero ad ſacros
ordines nō promoti cum litteris,uel ſine illis,in
rebꝰexternis,quę neceſſariæ ſunt;poſſunt iuuare.

2 Priorum magis proprium eſt,Societatem in au
diēdis confeſſionibus,in exhortationibus,in do
ctrina Chriſtiana,& alijs litteris edocendis iuua
re; His uero eædem gratiæ ad animarum auxiliū
communicari poſſunt,quę Profeſſis ipſis ſolent.

3 Poſteriorū magis eſt proprium(licet poſſint in
rebus maioribus pro talenti eis à Domino con-
ceſſi ratiōe occupari) ut in miniſterijs omnibus
inferioribꝰ & humilioribꝰ, quæ ipſis iniungētur,
ſe exerceant; perſuaſi quòd Societate iuuando,
quo melius illa ſaluti animarū uacare poſſit, ei-
dem omnium Dño ſeruient: quandoquidē pro-
pter diuinum ipſius amorem ac reuerentiam id
faciunt. Ideo prōpti eſſe cū omni humilitate, &
charitate, quoad fieri poterit,debent ad officia,
quæ eis credita fuerint, exacte obeūda.Quo fiet,
ut nō ſolùm mercedem ſuā integrā habeāt, ſed
participes ſint omnium bonorum operum,quæ
Deus per uniuerſam Societatē ad obſequiū &

marũ bonũ à ſede Apoſtolica conceſſæ fuerint.

Et nihilominus eniti debẽt in colloquijs ſpiri tualibus, ad maiorẽ utilitatẽ ſpiritualẽ ꝓximorum aliquid conferre, & quod nouerint, docere; & ad bene agẽdũ, quoſcunq; poterũt (quãdoq; dẽ vnicuiq; Deus ꝓximi ſui curã dedit) excitare. 4

Siquis inſtructus & examinatus fuerit, vt ſit futurus ſpiritualis Coadiutor, ſic vacare debet rebus ſpiritualib', quæ cũ ſua prima vocatione ꝓpriè ſunt cõiunctæ, vt in poſterũ directè, vel indirectè per ſe, vel aliũ innouare, aut mutationẽ aliquam à ſua vocatione in aliã; ſcilicet à gradu Coadiutoris ſpiritualis ad Profeſſi, vel Scholaſtici, vel Coadiutoris tẽporalis gradũ, tentare nõ debeat: ſed cũ oĩ humilitate, atq; obediẽtia incedere ac ꝓgredi eadẽ uia, quæ ipſi ab eo, qui neſcit mutationẽ, & in quem illa nõ cadit, oſtenſa eſt. 5

Eadẽ ratione ſi quis examinatus, & inſtructus fuerit, vt ſit futurus Coadiutor tẽporalis, ſic ſe totũ rebus, quæ cũ ſua prima vocatione ꝓpriè ſunt coniunctæ, addicat; vt nõ curet vlla ratione à ſtatu Coadiutoris tẽporalis in ſtatũ ſpiritualis, vel Scholaſtici, aut Profeſſi progredi; Nec etiã (ſi in ſuo eodẽ maneat) plus litterarũ addiſcere, quàm ſciebat, cùm eſt ingreſſus, curet: ſed perſeuerare magna cũ humilitate debet in oĩbus, Creatori ac Dño ſuo iuxta primã ſuã vocationẽ inſeruiendo, ac ſolicite in abnegationis ſui ipſius profe- 6

ctum,

ĉtum,& verarum virtutum ſtudium incūbendo;

7 Interrogētur huiuſmodi, vt de re ꝓpria ſuæ vocationis, An contenti, & quieti ſint futuri in obſequio Creatoris & Dñi ſui in officijs ac miniſterijs abiectis & humilibus ad auxiliū Domus & Societatis pertinentibus, cuiuſcūq; rationis illa ſint, parati ad vitam oēm in eis exigendā, ſibi ꝑſuadendo quòd ea in re obſequiū, & laudē præſtant ſuo Creatori & Domino, dū omnia propter diuinum ipſius amorē & reuerentiā agunt.

8 Omnes Coadiutores tam ſpirituales, quàm temporales exacto biennio, qnod experimentis & probationibus datur; & vno adhuc anno, ſi Scholaſtici fuerint (vt prius eſt declaratum) ſi velint in Societate manere, & ipſa, vel Superior eius contentus fuerit, oblationem ſuam trium votorū facient (quæ publica, licet non ſolemnia ſint iuxta litteras Apoſtolicas Iulij III.) obedientiæ, Paupertatis, & Caſtitatis, vt ini-

In Cap. VI.

A ¶ *Ex parte ipſorum conuenit eos ligari: quandoquidem eorum ſtabilitas quæritur. Nec eſt iniuſtum (vt patet in litteris Apoſtolicis) ſi Societas libertatem ad eos dimittēdos, quādo non faciunt quod debent, retineat; quādoquidem illi, ſi id accideret, ſō*

quam Societatẽ, vel eius Præpoſitum Generalem; quorum tantũ erit poſſe dimittere; nec id ſine cauſis iuſtiſſimis (vt in ſecunda parte Conſtitutionũ videbitur) fieri debebit.

ſemper viuendum & moriendũ in Domino in hac Societate ad diuinæ Maieſtatis gloriam, maiusque meritum & ſtabilitatem propriam maneant. Nihilominus Societas, vel eius ſuperior, qui commune bonum debet intueri, cum eorũ opera ad maius Dei obſequium ſe non iuuari, ſed contra potius accidere cerneret; eos dimittere, & à ſua congregatione ſeparare poteſt; & tunc illi omnino liberi, nulloque voto obſtricti remanent.

In Cap. VII.

A ¶ Hoc, & ſuperius examen non ſolum ijs, qui tunc primum ad ſtudia mittuntur, verum etiam illis, qui in eis progrediũtur, cum ad domos veniunt, vt aliò mittãtur, proponitur.

DE * ALIO EXAMINE Scholaſticis accommodo, ac in primis antequàm in Scholaſticos admittantur. A

Cap. VII.

1 CVM experimentis & probationibus prędictis abſolutis, Scholaſtici conuenire ſibi iudicarent ſtudendi gratia in Collegijs, vel Domibus Societatis, vt in eis in Domino ſubſtentẽtur, litteris operam dare: ſi Societas, vel eius Superior contentus etiam fuerit; antequàm ad ſtudia ſe conferant, vel dum in eiſdem manebunt, ob

ſuum

ſuũ maius meritũ ac ſtabilitatem vota ſimplicia Paupertatis, Caſtitatis, & Obediẽtiæ, ac promiſſionẽ, qđ ſtudiis abſolutis in Societatẽ ingrediẽtur, Deo ac Dño noſtro facient. Sic autem intelligẽdus eſt huiuſmodi ingreſſus, vt profeſſionẽ vel vota Coadiutorũ formatorũ (ſi Societas eos admittere volet) emittant, & exinde Scholaſtici approbati Societatis cẽſeãtur. Libera tamẽ manebit Societas, nec tenebĩt ad eos admittẽdos ad pfeſſionẽ, nec in Coadiutores formatos, ſi ſtudiorũ tẽpore male ſe gererẽt, adeo, vt Superior Societatis exiſtimaret Deo gratum nõ fore, ſi in eã admitterẽtur, & tunc ipſi etiã ſuis votis ſoluti erũt.

2 Si quando ſtudiorum tempore, qui maiorem ad ea propenſionem animi prę ſe tulerũt, quàm ad aliud in Societate miniſterium; oſtenderent, ac certum indicium præberent; vnde Societas, vel eius Superior in Domino ſẽtiat eos idoneos non eſſe, vt in eruditos viros euadant, eo quòd ingenio, vel ſanitate corporis deſtituantur, vel aliis defectibus laborent; interrogentur, An patienter ſe dimitti à Societate, dum ab omni voto ac promiſſione liberi maneant, ſint laturi.

3 Qui ad ſtudia litterarũ idoneus inueniẽt interrogetur, An velit ſe duci ſinere circa ea, quib⁹ ſtu

An cõtentus futurus ſit eodem,atq; alij, modo 4
ibi agere, nullisque priuilegijs aut prerogatiuis minimum oĩum,qui in Collegio fuerit,anteire; oẽm ſui curam Superiori Collegij relinquendo.
An ſtatuerit oĩno apud ſe, ſtudijs abſolutis, ac 5
probationibus peractis,Societatem ad viuendũ in ea,& moriẽdũ,ingredi,ad maiorẽ Dei gloriã.
Sic examinatus,& inſtructus ſe accingere inci- 6
piet,vt ad ſtudia ſe conferat,vel ea proſequatur, paratus interim in eiſdem ſtudijs,alijs experimẽtis & probationibus varijs exerceri, quibus ſi nõ fuerit propter cauſas aliquas legitimas, ac fine aliquo bono præ oculis habito,antequã ad ſtudia mittatur,perfunctus;eis confectis,oĩa experimenta & ꝓbationes superiꝰ declaratas ſubibit.

PRO SCHOLASTICIS, QVI ſtudia iam abſoluerunt.

SCholaſtici ſtudijs iam confectis, antequam in 7
Societatem, vel eius Domos ingrediantur, vt in eadem ad omnimodam Obedientiã, ac cõmunem viuendi in Dño modũ admittantur, generatim interrogandi ſunt, An firmi in ſua deliberatione, & votis ac promiſſione Deo oblatis antequã ad ſtudia ſe cõferrent,vel in eiſdẽ,ſi qui dẽ admiſſi primò fuerint in Collegijs,ꝑmaneãt.
Interrogentur etiam,& examinentur particula 8
tim eiſdem interrogationibus & examine, quo priuſquã ad ſtudia mitterentur, interrogati fuerunt;

runt: vt Superioribus memoria ac notitia eorũ renouetur, ac melius pleniusq́; ſtabilitas,& conſtãtia,vel etiã mutatio,ſi aliqua accidiſſet in reb⁹ primò interrogatis & affirmatis, cognoſcatur.

DE ALIO EXAMINE INDIFFErentibus accommodo. Cap. VIII.

AD maiorem illius notitiã, qui vt indifferens examinandus eſt,vt omni ex parte,cũ maiori cognitione & luce in Dño procedatur, inſtruendus idem erit, & admonendus,quòd nullo tẽpo
A re nec ratione poteſt, nec debet* prætẽdere, nec tentare directè,nec indirectè potius hunc, quàm illum gradum in Societate; nimirum non potius Profeſſi,vel Coadiutoris ſpiritualis,quàm Coadiutoris temporalis,vel Scholaſtici: Quin potius perfectæ humilitati,ac Obedientiæ locum dando, omnem ſui ipſius curam, & ad quod officium,vel gradum ſit eligẽdus, ſuo Creatori & Domino,ac eius nomine,& pro ipſius amore ac reuerentia ipſimet Societati, vel ei⁹ Superiori debet relinquere.

In Cap. VIII.

A ¶ CVm tamen aliquid conſtãter eis ſeſe offerret, quod ad maiorem Dei gloriam fore iudicarent; poſt oratiõnẽ ſimpliciter Superiori proponere poterunt, ipſius iudicio omnino rem committẽtes,nihil amplius procurã

Creatori ac Dño ſuo in quouis officio, vel miniſterio, quod ei Societas, vel eius Superior cõmiſerit. Interrogetur etiam, ſi Societas, vel eius Superior illum vellet vacantem quidem animæ ſuę ſaluti ad officia tantum inferiora & humilia ſemper applicare, an ſe paratum ſentiat ad vitã omnem in huiuſmodi officiis inferioribus & humilioribus in auxilium ac miniſterium Societatis exigendam; exiſtimando, quod ea in re obſequium & laudẽ præſtat Creatori ſuo ac Dño; dum omnia ob ipſius amorẽ & reuerentiã agit.

Cum omnino ei placuerint oĩa in Domino, quæ dicta ſunt: inſtrui poterit, & examinari de reliquis iuxta aliquod examen ex prædictis, vel oĩa illa; prout magis conuenire videbitur; vt vtriq; parti in omnibus ſatisfiat, ac maiori cum claritate procedatur. Quandoquidem omnia inſtituta & ordinata ſunt ad maius obſequium, & laudem Dei & Domini noſtri.

FINIS.

LAVS DEO.

399.451.1